Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



seculi amen: nunc autem amen seculi Alla ℣ Hec
dies quam fecit dns exultemus et letemur in ea Alla ℣ laudate
pueri dnm laudate nomen dni ℣ Sit nomen dni bnditum ex hoc
nunc et usq; in seculum Sequitur sequentia
Victime paschali laudes immolent christiani Agnus redemit
oves xps innocens patri reconciliavit peccatores Mors et
vita duello conflixere mirando dux vite mortuus regnat vivus
Dic nobis maria quid vidisti in via Sepulchrum xpi viventis
et gloriam vidi resurgentis Angelicos testes sudarium et vestes
Surrexit xps spes mea precedet suos in galyleam Credendum
est magis solo mane vera quam videor turbe fallaci Scimus
xpm surrexisse ex mortuis vere tu nobis victor rex miserere.
Et. Una sabbati maria mag Sed in Johanne.
dalena venit mane cum adhuc tenebre essent ad
monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento
Cuarrit ergo et venit ad symonem petrum et ad
alum discipulum quem amabat ihesus: et dicit eis.
Tulerunt dnm de monumento: et nescio ubi po
suerunt eum Exiit ergo petrus et ille alius disci
pulus: et venerunt ad monumentum Currebant au
tem duo simul: et ille alius discipulus procurrit
citius petro: et venit primus ad monumentum
et cum se inclinasset: vidit posita linteamina:
no tamen introivit Venit ergo symon petrus
sequens eum: et intravit ad monumentum: et vidit
linteamina posita et sudarium quod fuerat sup
caput eius: non cum linteaminibus positum sed se
paratim involutum in loco uno Tunc ergo intro
ivit et ille discipulus qui venerat primus ad mo
numentum: et vidit et credidit Nondum enim
sciebant scripturas: quia oporteret eum a mortuis